



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 85. Lotharingii Cardinalis consilium de Inquisitione in Galliis stabilienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

magis  
s phu-  
regio-  
ue e-  
ronus  
s Le-  
e Sa-  
Caroli  
f fue-  
allis.  
Pede-  
acum  
pant,  
s pa-  
nius  
Comi-  
arma  
od il-  
mita-  
er-  
ardi-  
a re-  
ec ta-  
o mi-  
con-  
a hic  
mul-  
iven-  
m in  
Ten-  
erna-  
licis  
sup-

suppetias ferrent: pariter Joanna Albre-  
ta Navarræ Regina non modo in suis di-  
tionibus, sed etiam in Aquitania adul-  
terinam reformationem haud minori sæ-  
vitia propagare satagebat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

### §. LXXXV.

#### *Lotharingii Cardinalis consilium de Inquisitione in Galliis stabilienda.*

Interea Lotharingius Cardinalis tot ca-  
lamitatum, ac malorum magnitudi-  
ne commotus, tam gravi agitabatur  
follicitudine, ut sibi omnino persuasum  
haberet, quod hisce tumultibus haud  
efficacius opponi posset remedium, quam  
ipsum Inquisitionis tribunal juxta ean-  
dem formam instituendum, qua nuper  
a Paulo IV. & Philippo II. in Italia, &  
Hispania confirmatum fuerat: verum  
hujus consilii executio non eadem faci-  
litate in Galliis, uti in præfatis hisce  
duabus ditionibus urgeri poterat; quip-  
pe præter diversum Gallorum genium,  
ac indolem hærefis ibidem tam altas  
jamjam egerat radices, ut medium a-  
deo violentum sustinendo impar esset.  
Insuper minus adhuc Gallis arridebat  
hoc tribunal, si juxta normam alibi in-  
stitutam introduceretur, cum exinde  
Episcoporum, ac Magistratum jurisdi-  
ctio labefactari videretur: hi vero  
C c 2 jam

**Sæc. XVI** jam aliunde in Galliis circa hæretico-  
**A.C. 1560.** rum pœnas, ac sententias mutuis in-  
 ter se dissidiis scinderentur. De-  
 dum ipse met Henricus II. semper con-  
 filium de ejusmodi tribunal olim sibi  
 propositum constanter rejiciebat, dun-  
 taxat postremis regni sui diebus permit-  
 tens, ut profanis judicibus quidam ad-  
 jungerentur Doctores, qui de hæresis  
 crimine cognoscerent: qua tam en ra-  
 tione nondum Inquisitio eo modo insti-  
 tuta videbatur, quo eam Cardinalis Lo-  
 tharingius stabiliri desiderabat, ipsa ve-  
 ro Regina ægre id concedebat: tandem  
 vero Hospitalius recens electus Cancel-  
 larius inter utrumque Henrici II. edi-  
 ctum hanc in rem promulgatum medi-  
 am viam selegit, exponens, quod In-  
 quisitionis Curia omnino utilis foret in  
 quadam Regione, in qua hæretis vix e-  
 suis incunabulis prodire cœpit, veluti  
 in Hispaniæ Regno, ubi Philippus II.  
 quadraginta octo hæreticis extremo sup-  
 plicio affectis feliciter hanc pestem eli-  
 minavit, attamen in Francia, ubi tum  
 multa hominum millia erroribus infecta  
 reperiuntur, nimia severitate Regnum  
 seditionis periculo exponi censebat.

§. LXXXVI.  
*Remorontinum edictum a Rege pro-  
 mulgatum.*

Placuit